



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1675**

Caput Primum Leges canonisatae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10224**

αγίας Πέτρος, ἐκ τῆς Βασιλείου τοῦ Θεονόμου ἡ μαργαρίτη.  
Uritur Balsamo in Synodo Trullanâ can. 21. Ita enim facta erat, ut  
circulus tantummodo capillorum emineret instar coronæ. Ita  
enim Gregorius Turonensis de Nicetio Trevitorum Episcopo. S.  
Nicetius ab ortu suo Clericos est designatus. Nam cum partu fuisse  
effusus, omne caput ejus, ut est consuetudo puerorum, à capillis quidem  
nudum cernebatur: In circuitu vero mediorum capillorum ordo  
apparuit, ut putares ab iisdem coronam clericis fuisse signatam. Sir-  
mondus ad Sidonium; Hodie, inquit, apud nos antiquam coronæ  
formam ferè soli monachi retinent, & pueri vocales symphonia-  
ci. Nam brevis ille orbis in vertice, quo cleri pars magna utitur,  
insolens olim atque inusitatus in Ecclesiâ fuit, ut docet  
can. XL. concilii IV. Toletani.

Finis Eclogæ V.

## Amœnitatum Juris Canonici

### ECLOGA SEXTA.

#### CAPUT PRIMUM

##### Leges canonisatæ.

##### S U M M A R I A.

- |   |                            |
|---|----------------------------|
| 1. Gratiani collectio an vim juris<br>babeat.                             | 3. LL. Canonisatæ.         |
| 2. Leges Imperioriæ à Gratiano<br>compilate an amplius quid<br>consecutæ. | 4. LL. Registratæ.         |
|   | 5. Dicta Patrum.           |
|   | 6. Gratiani dicta propria. |

*Gratiani  
collectio an  
vim juris  
babeat.  
Leges Impe-  
natoriæ à  
Gratiano  
compilate  
an amplius  
quid conse-  
cutæ.*

**U**trum Gratiani collectio, seu corpus illud Decretorum, se-  
cundum omnes sui partes, atque adeò & ea, quæ de suo  
Gratianus addidit, eandem vim ac potestatem habeant,  
non adeò certum est. Et de canonibus & synodorum de-  
cretis jam diximus. Quid vero de legibus Imperatorum, quas in-  
seruit hinc inde? An amplius quid per id consecutæ, quod in de-  
creto relatæ leguntur? Ita ut non jam solo legis arbitrio, sed & ut  
jus canonicum valeant? Responderi solet, non omnes, quæ per  
Gra-

Gratianum transcriptæ sunt, sed illas solas leges juris canonici potestate valere, quæ canonibus & constitutionibus Ecclesiæ sunt insertæ, &c, ut ait Cæpolla, *de cogn. lib. jur. can.* si lex posita est in medio unius capituli, censetur canonisata. Non enim per hoc lex *LL. Canonis* civilis canonisatur, quod posita sit inter canones, vel libro decre-*nisatæ*. talium ac decreti. *gl. c. 1. in gloss. 2. de Except. gl. c. super eo.* & ibi *Panor. in f. de Testib.* Vide Jafon. in *l. 1. n. 43. C. de Summ. Trin. Canis. sum. Jur. Can. lib. 1. tit. 1. Job. Franc. à Ripa ad cap. ex parte 2. de rescript. n. 80.* ait leges, quas Gratianus inseruit decretis, dici non canonisatas, sed simpliciter registratas. Canonisata autem *LL. Regi-* à Pontificibus dicitur, quando in canone reperitur incorporata. *stratae.* Abb. Panor. *ad cap. Ex parte. 2. n. 9. de Rescript. Pb. Decius d. loc. n. 1. & 2.* Quibus consequens est, ut si lex canonisata abrogetur ab Imperatore, ea tamen jure canonico maneat valida. Decian. *tr. crim. lib. 2. c. 18. n. 22.* Quod attinet verò ad dicta Patrum, ea *Dicitur Pa-* non sunt legum instar, nisi decretalibus expressè comprobata. *trum.* Neque enim Patres condendi legem potestate fuere prædicti, neque hoc animo scripserunt, neque Gratianus, quod non ex se ha- buerunt, id eis largiri potuit. Quà ratione rectè statuitur, Inno- centii Commentarios pro lege habendos non esse, quia nec eos sed interpretandi animo scripsit, itaque & reprehendi, ut quivis interpres alias potest. Alber. Gentil. pag. 20. Tandem & de Gra- *Gratiani dt-* tiani dictis propriis videndum. Ea vita legis non habere, ex *cta propria.* ploratum est. Et à suo Glossatore audire subinde cogitur: *Supero-* *ficialis est argumentatio Magistri. gl. c. 2. dist. 68. & in c. 7. c. 2. q. 3.* Eateor planè, te mentitum Gratiane, & alia hujus generis elogia. Vide Felin, *c. 2. de rescript.*

## CAP. II.

## Decretum an à Pontifice confirmatum.

## S U M M A R I A.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Decretum an ab Eugenio com-<br>probatum.  | 3. In Scholis plenam fidem facere.                |
| 2. Expressâ sanctione non est fir-<br>matum. | 4. Quid de rubricis.<br>5. Recurrendum ad fontes. |

S

6. De-